

ratio, cessavit compositum, nec nouum compositum adhuc est fabricatum, ergo generatio subiectatur in materia, & non in composito. Tertio agens generans educit formam de potentia materie, quam vt educat, debet agere circa materiam, ergo & eius actio debet recipi in materia, igitur materia est subiectum generationis.

Quarto: In eo debet recipi via, in qua debet recipi terminus: sed terminus formalis generationis primus, & immediatus, nempe forma recipitur in materia, ergo & via ad formam, videlicet generatio.

Obijcies primus: Si actio generativa subiectatur in materia, denominari materia genita, quia accidentis denominat suum subiectum: sed materia prima non potest dici genita, ergo actio generativa non subiectatur in materia.

Respondeo generationem habere duo. *Primum* est, quod sit mutatio. *Secundum*, quod sit talis mutatio, nimirum mutatio substantialis: ex eo, quod si mutatio, materia denominatur mutata, at vero quod dicatur mutatio substantialis, hoc non attribuitur ipsi materia, sed termino scilicet forma substantiali, vnde generatio, ut generatio est, non afficit materiam, vt, inquam, generatio est, praeceps loquendo, sed prout est mutatio: quare ut sic denominat materiam mutatam. Aut dices: Accidens denominat suum subiectum: accidentem permanentem: concedo: accidens statim transiens: nego: generatio autem statim transire, fit enim in instanti.

Obijcies secundo: Subiectum accidentis debet esse ens actus: sed materia prima est tantum modus ens in potentia, ergo generatio non potest in ea subiectari.

Respondeo negando materiam primam non esse ens actu Metaphysico, habet enim, vt dictum est alias, actum entitatum, quod sufficit, ut sit subiectum aliquius accidentis.

Obijcies tertio: Si generatio esset in materia ante aduentum formae, iam ex ipsa materia, & generatione fieret unum compositum per accidentem, antequam ex materia, & forma fieret compositum per se.

Respondeo ut fiat compositum per accidentem requiri, vt sit subiectum, & accidentis completem, at in illo casu generatio non est accidentis completum, sed incompletum; est enim via ad formam substantialiem. Adde quod esti ex illis duobus resultaret compositum, esset tantum compositum perrans, & non permanens, quod admittere ante aduentum formae non esset absurdum, deinde generatio licet se habeat per modum accidentis, non est tamen verum accidentis, sed debet peculiariter nomine dici via ad substantialium.

Resolutio tertia. Terminus ultimus, & adequaret us ut quod generationis est ipsum compositum, immediatus vero, & terminus formalis, & ut quo est ipsa forma substantialis: Probatur prima pars: Ille est terminus adaequatus generatiois, & ut quod, ad quem adaequate, & ut quod terminatur generatio: sed compositum est tale, ergo compositum est terminus ultimus, & adaequatus generationis: maior patet: minor probatur: quia solum compositum habet esse completum adaequatum, & ultimum. Secundo, ille est terminus adaequatus, & ultimus, qui intenditur principaliiter ab ipso generante: sed principals intentio generantis est producere compositum, ut man-

festum est, bos enim generans bouem principaliter, & adaequate intendit compositum, & non solam animam bouis.

Altera pars resolutionis ex eo liquet, quia ille est terminus formalis immediatus, & ut quo, qui est ratio essendi: sed forma est ratio essendi compositi, ergo est terminus formalis, & ut quo, forma enim est id, quo compositum est compositum.

Quod si quæras, an eadem actione educatur forma de materia, & ipsi vniatur?

Respondeo probabile esse hoc fieri diversa actione. Ratio est, quia *edictio*, & *unio ex vi nominis* non significant idem. Deinde postquam Deus creavit animam rationalem, potest eam non uiuire materie, ergo signum est hoc fieri per diuersem faltem actionem, facile tamen potest defendi utrumque fieri per eandem actionem, & eodem instanti, quo educitur, etiam uiuere.

Resolutio quarta. Generatio, & alteratio distinguuntur inter se, suntque duas diuersas actiones: Probatur contra Caetanum: Datur motus ad substantialiam: sed alteratio non est motus ad substantialis (hinc nomine motus late uiuunt) ergo prater alterationem danda est actio, quae sit motus ad substantialiam, seu que sit acquisitionis substantialis, sed generatio est acquisitionis substantialis, ergo prater alterationem danda est generatio.

Secundo: Pro acquisitione diuersorum terminorum datur diuersa actio: sed accidentis, & substantialis sunt diuersi termini, ergo pro acquisitione illorum datur diuersa actio: maior patet, quia actio specificatur a termino, ergo a diverso termino erit diuersa actio: minor etiam liquet, quia accidentis, & substantialis in diuersis collocantur praedicamentis, ergo sunt res diuersae.

Tertio: Vna est sola generatio pro composito: sed diuersa, & plures sunt alteraciones in acquisitione compositi, quia sunt diuersa accidentia: quod autem sunt diuersa accidentia, tot sunt diuersae alteraciones, repugnat ergo generationem non distingui ab alteracione, quandoquidem alteratio est multiplex, vna vero generatio, vna inquam, quia sicut datum multiplex alteratio in composito ex eo, quod sunt multae formae accidentales in eodem composito tum introducenda, tum expellenda: ita quandoquidem datur vna forma substantialis completa, & validitatem in composito, ita danda erit vna tantum generatio pro illa forma substantiali.

Resolutio ultima. Generatio sit in instanti, Probatur: producio formam, quae sit indivisibiliter, sit in instanti: sed generatio est producere formam, quae sit indivisibiliter, ergo & in instanti. Confirmatur: Nam substantialis per generationem producatur introducitur indivisibiliter, v.g. quando introducitur forma equi, indivisibiliter introducitur; quia quando productur, tota simul productur, id est que in instanti. Secundo, Motus, qui non est successivus, sit in instanti: sed generatio non est motus successivus, ergo sit in instanti: maior patet: minor probatur. Ille motus non est successivus, qui non est inter contraria: sed motus ad substantialiam, nempe generatio non est inter contraria, quia ut dicitur communiter in schola, substantialis est contrarium, ergo motus ad substantialiam non est successivus.

Obijcit tamen Caetanus: Si generatio est distincta ab alteracione, deberet fieri alia

*Distingui-
tur genera-
tio ab alter-
atione.
Prob. primi
contra Ca-
etanum.*

*Conclu-
ditur quod gen-
eratio sit in
instanti.*

Obijc.